recte pulcritudinem. quasi filie & ipse gentes ad xpm uenientes. fidem iacob
imitarunt. uel ita prudenter eum omnia supplantantes. Ideoque iudeis rex barus.
ipsi deo placuerunt. Ascendit deus in iubilo .i. inmutatio da apostolice
multitudinis laudacione. Dominus in uoce tube .i. in concrepacione angelice
laudis. more uidelicet triumphancium. quos de uictoria redeuntes. l & tu
barum concentus pire dicentes. Uidete .i. intelligite. quoniam ego sum dominus sapien
cia scilicet & uera. Res fidelis & non parua. sed omnium maxima & summa.
Ideoque nec facile inueniri potest. Ergo si eam inuenire uolumus necesse est ut
a seculi actibus quiescamus. ut & salomon ait. Cum minoratur actu percipiet eam.
Exaltabor in gentibus .i. credar deus esse. Et exaltabor in terra. Terram uocat hic
iudeos terrena tantum sectantes. Exaltabor inquit in terram .i. credar
a iudeis uerus deus esse. Dominus uirtutum nobiscum susceptor noster deus iacob.
Notandum quod iudei ad litteram hunc psalmum de sennacherib cantatum ac
cipiant. Qui cum obsideret ierusalem cum centum octoginta milibus una noc
te centum milia interfecta sunt in castris ab angelo. Illi uero qui introrsus
erant ex diuino confidentes auxilio dicebant deus nostrum refugium. & dominus uir
tutum nobiscum. Omnes gentes plaudite manibus
PS allite deo nostro .i. laudate eum. Quoniam rex omnis terre deus .i. non uniuis tantum loci.
psallite sapienter. Ille sapienter psallit. qui uoce & opere deum cantat. Reg
nabit deus super gentes. Regnat quidem nunc sed plenius regnabit in die iu
dicii. Deus sedet & persedebit. Super sedem sanctam suam. id est super electam uel innu
be & potestate iudiciali in qua sessurus est in die iudicii. Principes populorum con
gregati sunt cum deo abraam .i. apostoli constantes duces ecclesie. Uehementer eleuati sunt.
Prius humiliati uehementer a xpo sunt eleuati quando eis dedit potestatem
miracula faciendi siue etiam de terre philosophos gentium uocat. qui diu pu
tabantur ante aduentum xpi. uehementer elati sciencia & prudencia seculari.
Contra hos principes populorum cum deo abraham in die iudicii congregabuntur